



BX1749

.V5

1728-1743

v.8

c.1



Imp. de Y. P. ...  
S. de C. ...  
D. Luis de V. ...  
C. de S. ...



23

\_\_\_\_\_



R. P. M.  
FR. EMMANUELIS  
DE VILLARROEL

PINTIANI  
MONACHI BENEDICTINI  
LAURENSANENSIS

THEOLOGIE DOCTORIS,  
SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS

AC CONGREGATIONIS  
VALLIS-OLETANÆ

46386

CONCIONATORIS GENERALIS,  
IN SACRAS

TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS  
ANAGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM  
LITTERALIUM

TOMUS OCTAVUS.

SECUNDA EDITIO



CUM PRIVILEGIO.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
CAPILLA ALFONSO DE HESPERIA UNIVERSITARIA  
Bib. 35 MICROFILMADO 8/2/83



MATRIT: Ex Typographia JOSEPH GONZALEZ, Arenaria via  
Anno Domini M.DCC.XLIII



FR. EMMANUELIS  
 DE VILLARROEL  
 PINTIANI  
 MONACHI BENEDICTINI  
 SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS  
 THEOLOGICI DOCTORIS  
 SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS  
 AC CONGREGATIONIS  
 VALIS-GLIENSIS  
 CONGREGATIONIS GENERALIS  
 IN SACRAS  
 TAUOLOGIAS  
 CUM HÆRETICIS  
 MAGISTRIS, ANAGOGIS, TROPOLOGIS  
 ET POLITICIS  
 COMMENTARIORUM  
 LITTERARUM  
 TOMUS OCTAVUS  
 SECUNDA EDITIO  
 CUM PRIVILEGIO

Bx 1749  
 v. 5  
 1738-1743  
 v. 8

MICHELE PAVONI  
 CUM PRIVILEGIO  
 REGIAE BIBLIOTHECÆ  
 VATICANÆ  
 DE PAVLO DELO

SANCTISSIMO PATRI  
**BERNARDO,**

CLARÆ-VALLIS ABBATI PRIMO,

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Doctori  
 eximio, mellifluo, Theodidacto,  
 Auctodidacto inter fagos,  
 Floridarum virtutum paradiso,  
 Charismatibus cœlestibus illustrato,  
 Invictissimo, indefesso Apostolicæ sedis defensori,  
 Ecclesiasticæ libertatis acerrimo vindici,  
 Magno zelatori domus Dei,  
 Monasticæ disciplinæ antesignano,  
 Inter viros mirabiles thaumaturgo,  
 Cœlestium deliciarum horto;  
 Magnæ Dei Matris clienti,  
 Filij nutritio favore,  
 Utriusque alumno;  
 Simul rubicundo, & candido:  
 Rubicundo, Salvatoris sacro é cruce cruore;  
 Et candido, Matris Virginis lacte:  
 Hæreticorum malleo, schismaticorum flagello,  
 Sacræ militiæ præconi,  
 Orbis pacificatori,  
 Patriæ Patri,  
 Præsulum, atque prælatorum magistro,  
 Monachorum mystagogo;  
 Qui dignitatibus probatus, sed non flexus:





Quia non flexus, amplioribus honoribus dignatus;

Ut splenderet

Innocentiâ Angelus,

Patriarcha, ordinis propagatione:

Propheta, prænotione futurorum;

Predicatione Apostolus,

Martyr, mortificatione carnis,

Confessor inclytus zelo fidei;

Mentis & corporis puritate virgo,

Vas admirabile opus Excelsi,

Lucens, radians, fulgens Sol:

Sic effulsit in Templo Dei,

Ad iustitiam moribus & scriptis erudiens multos.

Huic ergo orbis prodigio,

In gratitudinem & protectionem

Quale quale hoc cœne opus,

Eius sanctitatis indignus cliens

Digné

D. C. O.

Fr. Emmanuel de Villarroel.

CENSURA R. P. M. Fr. BENEDICTI MARIN,  
Benedictine Hispano-Anglicæ Congregationis Magistri Ge-  
neralis, in Salmantica Academia laureati, ac Vesperina in  
Sacra Theologia Cathedra moderatoris, &c.

I Am enim legeram, sed indico (uti gratissimo, oprato) R. mi P. M. Fr. Iosephi Barnuevo  
nostræ Hispano-Anglicæ Congregationis Generalis, volumen Octavum Commentariorum  
in Sacras Tautologias cum illustrationibus, &c. ab inclyto Sacrarum Litterarum Interpre-  
pre R. mo P. M. Fr. Emmanuele de Villarroel elucubratum, denuò summâ complacentiâ  
perlegi: *Amanti enim semel aspectu non sufficit.* Quid dicam, necio; cetero proferam quid  
dicam: quod iure colitur, minime exacte censetur: at nequaquam vel cum pondere cordis fu-  
giet momenta libra, plausus ex iure debitus; cum sim egregie dignatus. Opus & Auctor li-  
bertatem conciliant, & eoactionem. Quid ergo loquar? *Ostendo me illius esse discipulum, qui  
nunquam laboravit in cassum.* Facile itaque sine præiudicio rationis & libertatis, clatum  
iudicium. Prompta profectò sententia sine virtute vocis, voce virtutis. Exigie commendabi-  
le opus labium electum. Non posse dici, idioma proprium pro iure dicendis; ubi necessaria  
lingua elinguis admirationis. Multa multis & doctè, publicè Auctor protulit luci: iam venit  
hora, & nunc est ut deliciose quæ sunt ampliora videamus. Sicut enim præfens scriptura,  
prælo cussa, spei nostræ octava perfectio fuit; ita ut octava, summa virtutum est. Ultra sum-  
mum, non est ultra. *Longum est, ac eius gloria sufficienter loqui, quem singularem gentibus  
saecula fecunda genuerunt; ut nos minus laborare debeamus.* In præconium universi pro fer-  
ribus clamant, luci expositos acclamant, atque in laudes totidem ora sonant. *Legitur: **horret:**  
in manus hominum, in pectora receptus, et ustatem nullam timet.*

*Nihil est, quod non in pectore magum.*

Quorsum igitur dirigo pro commendatione plausum? Nihil na sub Sole novum. Inter do-  
ctos nova dumtaxat sunt admiratione digna. Ius idem & validum novitatis & admirationis.  
Geminatio autem vocum, etiam sacra, in Biblijs legitur, sicut splendor Firmamentis; ut luceant  
qui eradiunt multos. Invenitur in caelo scripturarum, quantumvis specie tenuis. Sanè, ve-  
ram sine nostro Interprete, pridem recessit caelum, sicut liber involutus. Varia, multa sacra-  
menta ac futurorum arcana penitiora, Gabriel revelaverat Danieli; cui demum dixit: *Tu  
clausis sermones, & signa litterarum, usque ad tempus statutum. Plurimi pertransiunt, & mal-  
tiplex erit scientia.* Erat utique in sacra pagina nobile Tautologiarum argumentum. At  
quid? *plurimi pertransiunt.* Perpicuo, Plurimi pertransierunt. Necdum venerat tempus  
expositioni statutum. Quid quòd pertransirent multi, & insignes viri magni; si tempus statu-  
tum necdum venerat? Sermones utique clausi: signatus est liber: multiplexque iam elucet  
scientia; dum saecula fecunda singularem gentibus, genuerunt Interpretem. Illi dumtaxat  
statutum tempus; ut illuminaret abscondita tenebrarum; & diceret his qui in tenebris, *Reve-  
lamini;* suisque voluminibus, *Exite.* Floride, scire, dextre, tamen non incerta, studiosis mani-  
festavit oculos; & protulit de Theauris suis nova & vetera in veterique argumento, mul-  
tiplici scientia; ecce nova fecit omnia: *Nam modò cautum œconomum, modò sollicitum Pa-  
trem-familias, modò fidelem monitorem, modò serium præceptorem; iam asectam, iam ethnio-  
cum; iam politicum, nunc philosophum, nunc consiliarium, nunc Theologum agit. Illustrare pro-  
sus scriptum à multiplici eruditione.*

Sic in nationibus horum voluminum vota. Iam completa desideria. *Spes, quæ videtur,  
non est spes nam quod videt quis, quid sperat?* Nos autem hæc videmus & alia expectamus.  
Totum pender ab Auctoris vita. De nostris addat illi Iupiter annos. Eius opera produunt  
scientiam multiplicem, atque singularem in scientijs conditionem. Ad unguem Seneca de  
libro Q. Sexti. *Magni, siquid mihi creasti, viri; & licet negent Stoici. Quantum in illo, Dij bo-  
ni, vigoris est! Quantum animi! Hoc non in omnibus invenies. Quorundam scripta clarum ha-  
bent tantum nomen; cetera ex angula sunt: disputant, cavillantur non faciunt animum, quia  
non habent. Cum legeris Sextum, dices: *Vixit, vixit, hoc est, extra hominem est.**

*Nihil opus, Auctorem hunc, nihil hunc laudare libellum:*

*Hoc opus Auctorem laudat, hic Auctor opus.*

Uti lux suo utitur testimonio, splendoris suffragio. Nemo est laudabilior, quam qui ab om-  
nibus laudari potest. Argumenta voluminum ingeniosa, perpicua, proficua, clecta, selecta, ge-  
nuina, consentanea; appositis illustrationibus, venâ divite, egregie sine violentia, *quaqua  
seri.*



Anonym.  
Intro. ad  
Argenti.  
Baical.

Chudias.  
de Laud.  
Stiic. v. 76.

Cael Rho.  
dign. lib.  
18. et. 14.

Ludov.  
Cruic. in

Plam. 20.

Drexel.  
quo dudu.

Cassiod. d.

Claudian.  
Pancye.

Malij. v.  
251.

Plin. Pene.  
gr. Trajan

Ambros. 2  
de Virginiis

Plin. 1. Ep.  
22.

Claud. d. 2  
v. 11.

Scripta versa, regij spiritus implent: praeclara sunt omnia, si summoque fastigio digna. Atro pro-  
pmodum exponenda cothurno: ingeminat enim flexura corymbis. Extra hominem est.

Haud mihi novum quid, scriptorum praestantia, simulque illius perpicacia cum dextrita-  
te summa. Haec omnia civi à iuventute meae: cum apud eum è tyrocinio edoctus (necdum  
sciebam emungere nares) & illo Praefue, in religionis album felicissimè adscriptus, ductus-  
que vestigia sequens eius multiplici scientia: venerunt mihi omnia, bona pariter cum illa.  
Tantus Pater. Quantus ergo?

*Tu legeris, tantosque viros quos obtulit orbis,  
Intra consilium vincis, sensumque legentis,*

Perge lector. Quo progrediare avidius, eò emulatio inde promittit laudum nitore, & perse-  
ctio plausibilior, quam concepit Platon: mox generosiore saturas ex feracissimo promittit ingenio:  
& cuius fontibus ambrosia incundiore manantibus, nihil fedum: nil sese profert non illu-  
stre, non magnificum, nil quod Theon non sapiat. Quisnam auditas faciet omnes laudes eius?

*Immensa gisfuit gloria,  
Res, fama, laus, felicitas,*

Concta illustra & omnibus numeris menti, cordique consona, à meque explorata convictu-  
modo, quotidieque magis, radios ex animae claritate vibratos, interior exteriorque percipit.  
sensu, fulgente gratia, ex plurium, parium, dispariumque concinnitate pulcherrima.

Quis, quantus, & qualis sit, fueritque, constat ex Operibus. Operibus credit. Scripta in-  
ternum demonstrant animi, propositum, & iudicium. Effugium videre cupit? Scripta intue-  
re. (Non fecus facit, quam docet) Verbis distertus, sententis venustus, rebus abundans, sensu  
ac furo meliore plenus, nervo dicendi lascivus, eloquio suaviter, & mella pietatis stillans assi-  
duè veritatis semper amantissimus. Superi! Quam ille delectat, docet, stringit, movet, suadet, ex-  
pugnat! Adelt namque prohibitatis exemplum (vel inter incudem & malleum) confecta pruden-  
tiasu laude morum fastidium contigisse videatur excessum. Sic quandam nomen superest fer-  
tur eius cunctarum attestatio: praecorum.

*Per singula talem  
Cernimus, & simul cognoscit pagina mores.*

Vita eius censura, Passive, deformatis moribus. Active, candore pectoris. Nonnumquam in-  
flo trutinā te examine pensat, ne quid deliret amussis.

Plura & celsiore respicit Republica literaria, si vixerit. Pleno ubere necdum conclu-  
ditur vulva. Iam extra radicem (imò extra limam) alia & alia florida germina, genuinaque  
proles. Fatigabit sane praelum. Mutus sedeo, ne verberem eius aures. Si igitur Auctor non  
aspiciet, opus probemus. Haud in morum prohibitatem eloqui valet, qui mores instruit; nec  
dogmatibus catholicis poterit esse adversus, qui totus & plenissimè orthodoxus. Quid ei  
optem, quem singulariter & miror, & diligo? Dicam ex Claudiano:

*Idem gravissimus auctor  
Eloqui, duplici vita subnixus in aeum  
Procedat, pariter libris fastisque legendus.*

Sic, salvo meliori iudicio, opus ardet: cui subscribo, Salmanticae in Collegio D. Vincentio  
facto, 15. Iunii, anno 1728.

M. Fr. Benediclus Marin.

FACULTAS ORDINIS.

Nos Magister Fr. Iosephus de Barnuevo Congregationis S. Benedicti Hisp. & Angliae  
Generalis, &c. Ut Tomus octavus Commentariorum Litteralium in Sacra Scriptura  
Tautologias elucubratus à R. mo P. M. Fr. Emmanuele de Villaruel, Theologiae Doctore, Sa-  
crarum Litterarum Interprete, ac nostra Congregationis Generali Concionatore, quoniam  
à viris doctis (quibus ipsum examinandum commissimus) recognitus & approbatus, typis  
mandati, & in lucem prodere valeat, quantum ad Nos attinet, tenore praesentium sigillo no-  
stro & subscriptione munitarum, facultatem concedimus, in nostro S. Martini Matritensis  
Cenobio, die 20. Iunii, anno 1728.

Magist. Fr. Iosephus de Barnuevo,  
Generalis Congregationis S. Benedicti;

Magist. Fr. Antonius Arias,  
Secretarius.

CEN.

CENSURA R. mi P. M. Fr. EMMANUELIS DE QUEVEDO Augustiniani, olim Capitularis Matricensis Cenobij Prioris, Regalisque Complutensis Collegij Rectoris, Provinciae Castellae Visitatoris, & eiusdem Diffinitoris, &c.

Rescripto mihi à D. D. Christophoro Damasio, in hac Regia Curia pro Emmo. Cardina-  
li, Archiepiscopo Toletano, Vicario Generali: muneri satisfaciens: Studiosè, accuratè  
que recensui Tomum Octavum Commentariorum Litteralium in Sacras Tautologias cum  
illustrationibus, &c. quem R. mus P. M. Fr. Emmanuel de Villaruel, Sacrae Theologiae Do-  
ctor, Divinae Scripturae Interpres, ac Congregationis Benedictinae Vallis-oletanae Conciona-  
tor Generalis, publica luci profert, ut eam quam sibi ipse Provinciam iniunxerat, consum-  
maret. Opus quidem exanimulim, concineque elaboratum, quod & probatur in rebus, & avi-  
dos Sacrarum & bonarum litterarum Sectatores horrore incomptae orationis, non offendit:  
Observata namque venantissimè eloquij venustate, quae decent verum eruditum, amplo calathò  
propinat, atque eruditè sacra dogmata cathysitat. Tanta simul dexteritate enciclicas seu  
exoticas disciplinas facit ministrare virtuti ut de se ipso possit dicere cum Mauruano: Multi-  
vagam Christo feci servare Possim.

Bap. Man.  
in fine 100  
rum oper.

Per illas ergo abditos, & secretiores sacrae Paginae sensus clarificat, & ex Gentium Mytho-  
logijs sacram quam elucidat doctrinam, ab irrisionibus Gentium solutam & immunem com-  
mendat: Unde aiebat Clem. Alex. Sapientiam vallo circumda, & te exaltabit: nam cum tu  
eam per Philosophiam, & multam rectam eruditionem lorica munieris, sophistis inaccessam  
servaveris, est quidem una via veritatis, sed in eam tamquam in fluvium pervenire, alia  
aliunde fluentia insuunt. Sic quoque egregius & eruditus Didascalus multiplici eruditione  
insignia loca sacrae doctrinae pertractans; munit omnigena eruditionis lorica, ecclesiam se  
contituit, Sophistis inaccessa relinquit, simulatque encyclopaedia amatoribus, exedram fa-  
ciam parat. Inveniet praecipue studiosius Ecclesiales ad suggestum vim solidam fandii quin  
in tanta mole alicui negotium accessit: quia ut aiebat Martialis:

Mart. lib. 2  
Epirg. 57.

Non sunt longa quibus nihil est quod demere possis,  
Næ in isto volumine nihil est, quod demere possis, quia licet plurimi in evolvendis, & eno-  
dandis Sacrae Scripturae recessibus, multitarium multisque modis communi utilitati, consu-  
lerint; huius tamen Operis Auctor potest cum Lucretio sicine gratulari:

Lucret. de Re  
nat. lib. 4.  
in init.

*Peregre loca nullius ante  
Trita solo: Invat integros accedere fontis  
Atque arrire: Invatque novos decerpere flores;  
Insignemque meo capiti petere inde coronam.*

Hanc sibi proprio labore contexit, perpetuo coronandus honore, & cum gloria nomenque  
suum sit praeconio nostro superius, dicam cum eodem Lucretio:

*Quis potis est dignum pollenti pectore carmen  
Condere?  
Quisive valet tantum verbis, ut fingere laudes  
Pro meritis eius possit, qui talia nobis  
Pectore parta suo quasitague praemia liquit?  
Nemo (ut opinor.)*

Lib. 5. d. 2  
Ret. nat.

Maste igitur ineffabili laude, & publica luce donetur volumen hocce, in quò nihil Ortho-  
doxæ fidei oppositum, nihil morum puritati valet inveniri contrarium. Sic sentio, salvo, &c.  
in hoc S. Philippi Regali Conventu Matritensi die 10. Septembris, anno Domini 1728.

Magist. Fr. Emmanuel Quevedo.

FACULTAS ORDINARIJ.

Via superiore approbatione, facultatem concedimus R. mo P. M. Fr. Emmanueli de  
Villaruel, Benedictino Laurenfanensi, &c. ut Tomum Octavum in Sacras Tautolo-  
gias queat in lucem edere. Matriti die 11. Septembris, anno 1728.

Doct. D. Christophorus Damasio.

CEN.



CENSURA R. mi P. M. Fr. CLEMENTIS LOPEZ, ORDINIS PRÆDICATORUM, IN SACRÆ THEOLOGIAE MAGISTRI, IN CONVENTU S. THOMÆ MATRITENSIS COMMORANTIS, &c.

**E**ruditione hunc, in Sacras Tautologias Litteralium Commentariorum librum R. mi P. M. Fr. Emmanuelis à Villarroi Benedictini, Theologiae Doctoris, Sacrarum Litterarum Interpretis, atque eximia Congregationis Vallis-oleantæ Concionatoris Genetilis, &c. Librum, quidem, Authoris tanti dignum, intento plenum, materia novum, forma novissimum, Octavum editione, primum dignitate, doctrina pervium, studiosis gratum, omnibus utilissimum; & dum Censoris manus Nobis commisit Supremi Senatus Regale Consilium, priorem nostram, erga Auctoris opera, admirationem, summopere, adauit. Plura, quippe, in Auctore digna inenarrabili laude cogitabamus, dum prioribus eius operibus letabatur nosser animus, quæ, in hoc Octavo Volumine, potiori iure, & landare, & mirari, fas est.

Et quidem, nec æquis, ut par erat, laudibus, adumbrari posse crediderim, quod cum novam in scribendo viam Auctor inierit, sic feliciter, & sine offendiculo, per tantum pelagus, iter arripuerit, & illa pede, necdum curat, sed, tam faulste arreptum, & prosequendo periclitari. Iam Tomum Septimum ediderat, magno cum plausu, nairaque Sapientum acceptatione, & cuncti, prudenter iudicabant in hoc septimo requiescere, adiustar Divini Opificis sequi die Septimo requiebit ab universo opere, quod patrarat. Sed, ô mirabilis Artifex! O Scriptor operosissime! Dic mihi, quaeso, cur, adhuc in Septimo, gradum non sistis? Cur, nondum quiescis? Cur, post tantum opus, non sine stupore perfectum, iterum, & protinus in lucem prodiss alium, in quo videtis excessisse cætera, & tanquam Benjamin adolescentulus in mentis excessu, conspicimus, te superare te ipsum?

Dicam, tanè id, quod certè, super hoc suspicatus sum. Mihi visum fuit, te meditatam fore super illud aflatum undecimi capitis Ecclesiastes, in quo legitur: *Mitte panem tuum super transientes aquas, quia post tempora multa invenies illum. Da partes septem, necnon, & octo, quia nescis, quid futurum sit super terram.* Super hoc, me cogitante, mihi persuasi, quod simili ductus exiliminatione, motum te fuisse ad providendum Nobis, pro futuris faculis de pane tuæ doctrinæ, qui in sempiternum nos pascat, quia iam, non tantum dedidisti tuas septem partes, in septenario sacro præcedentium librorum, sed iam nobis concedis. Necnon, & octo, in hoc Commentario Octavo; & si hoc est, ideo, quia, ut ait textus: *Nescis, quid futurum sit super terram.* Audias, rogo, quid super hoc, forte, eventurum suspicor.

Tibi in præmium tanti laboris, donabit Dominus mercedem mirabilem beatitudinis, quam promisit eis, qui pro nobis, in Dei laudem, laboraverint. Audi Sanctum Ambrosium lib. 5, in Lucæ cap. 6, sic exponentem: *Ille, in illis octo, mysticum numerum referavit. Pro octavo enim multi scribuntur Psalmi, & mandatum accepit octo illis partem dare fortasse benedictionibus, sicut enim, spei nostræ octava perfectio est, ita octava, summa virtutum est.* Haud aliter, tui septem libri, tanquam cælestes illuminationes, & spheræ enarraverunt gloriam Dei in præcedentibus annis. Sed iam modò, in præsentî Tomo, veluti in octavo celo, opera manuum tuarum, sunt, sicut opera eius, quæ annunciant firmamentum.

Nec miremini, quod scripta tua firmamento comparaverim, sunt namque luce cælesti plena; atque digna, ut ea nominemus stellata, & fatis radiantia; continent quippe, lumen sacrae doctrinæ, & Sanctorum Patrum cælestem ac perlucidum, & splendenter fulgorem; & ut ingenuè dicam, fateor, absque succo innanis olei adulationis, quod à me abstinere, in istis tuis Commentarijs, sæpè reperisse ardua Theologica asserta, expositivo stylo, satis apto, & dilucido, resoluta; & quod magis est, iungendo utile dulci, totam hanc doctrinam revolvens ad mysticum, & moralem sensum, mores nostros instruis, ut, undique Paradysum Ecclesiæ, mirò tuo eloquentiæ flumine irriges. Unde, benè, de hoc opere octavo tuo, dicere potero, quod in eo materiam, superat opus, in quo, *fluminis impetus Civitatem Dei latificat.*

Non deerit, fortasse, inter malevola hominum genia, cui humane litteræ, & Poetarum copia, ex profanis doctrinis, ad comprobationes suorum assertorum desumptæ, necnon Philosophorum alia, innumera ad idem accepta pro confirmatione dogmatum, non arrideant. Sed, quid inde? Est ne deferendum placitum maiorum nostrorum Patrum, Sanctorumque Doctorum utentium hinc litteris pro decenti ornatu, veluti sale, ad condimentum eruditionis, ut fugiamus insipientium stultas increpationes hominum, quibus ista displicent, forsâ ob nescientiâ suâ, ne dicâ stoliditate? Nonne, Ethnicis Scripitoribus non licuit plurima ex sacris oraculis usurpare? Profecòdò licuit. Sic Tertullianus, ait: *Quis Poetarum, quis Sophistarum, qui*

qui non omnino de Profetarum fonte potaberit? Iure, ergo, potiori licebit Interpreti Sacro, plures ex humanis disciplinis libare flores, & opportune intermiscere; sic enim fecit Paulus prædicans Atheniensibus, usus namque fuit dicto Poetarum: *Genus Dei sumus.* Sic quoque pascim Sancti Patres fecere, profana, quippe famulando sacris; & hoc non vitij est, sed divini Consilij, dicit namque Scriptura, quod *Sapientia Dei misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem;* id est, naturales scientias, & humanas litteras, ut servirent Sacræ Scripturæ, veluti Regina fuit: sic glossat Ricardus, & uterque Sanctus Gregorius, sic Sanctus Basiliscus Seleucus.

Quod tandem colligo ex eo, quod Regius Plates ut sponsa ornatum describeret, etiam fimbrias vestium eius extollit, dicens: *In fimbrijs aureis circumamicta varietatibus:* quid per fimbrias aureas, nisi externa Sapientia, qua Dei Sponsa, id est Ecclesiæ sancta exornatur? quia de interna loquens, hoc est, de illustratione Divina, iam antea, ibi, eam appellavit gloriam Dei; dom dixit: *Omnis gloria eius filia Regis abintus.* Iuxta Sancti Clementis Alexandrini intelligentiam. Non igitur dissonat hæc exterior pulchritudo humanarum Litterarum, nec opponitur interiori decori Sapientia Dei in sacris Scripturis inclusa. Pro cuius roboratione mihi placet notandum; Arcam Iestamenti, extrinsecus auro ornatam fuisse; quod significat, ait Ricardus, Divinae Sapientia Arcam externæ eruditionis auro, saltem foris, exornari posse.

Si quis autem, inquit, fatigat se in hoc opus accingere, & arcem suam ambient auro splendescere, nihil abest ab exterioribus scientijs, ac secularibus disciplinis, scientia aurum mutua-re, dummodo sciat ipsum ab omni falsitate, & vanitatis scoria mundare, &c. Licet igitur Auctori nostro venustate hortum operis huius, ita ut etiam flores eloquentiæ, quas adducit, miscantur humanis litteris, tanquam ancillis famulantibus Sapientia Divinae Scripturæ; quam ita veridicè, litteraliter, tropologicè, necnon analogicè, mysticè, atque moraliter exponit, ut inter eorum variegatam eruditionem, omnes, & singuli capiant salutariter, & utiliter, sine fastidio, nec nausea fructum sapientia suæ; & hæc tanquam Regina in eo Paradiso delectetur, & nobis faveat, atque complaceat, aditans, & illustrans mentes nostras in fimbrijs aureis circumdata varietate.

Prodeat ergo hoc Opus in lucem, Cedro dignum, pium, eruditum, & doctum, & laudent Auctorem Opera eius. Ego namque unum tantum auctatèr dicam (ut rigidi censoris munus exerceam) quod omnia quæ in hoc libro continentur, necdum consonant orthodoxe fidei, & probis moribus, sed etiam Christianæ Republicæ utilitati apimè consentanea sunt. Sic sentio, salvo meliori. Matriti in hoc Sancti Thomæ Aquinatis Conventu, die vigesima prima Junij, anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo octavo.

Magist. Fr. Clementis Lopez.

FACULTAS REGIJE CASTELLÆ SENATUS.

**A**pprobatione superiore visâ, Regius Castellæ Senatus permisit R. mo P. M. Fr. Emmanueli de Villarroi, Benedictino, &c. Tomum Octavum in Sacras Tautologias Typis comittere, ut latius patet ex autographo privilegio, expedito die 18. Aprilis, anno 1742. per D. Michachem Fernandez de Munilla, Regiæ Camera Secretarium.

Gen. l. 1.

Ecclesiast. c. 11.

S. Ambros. in Luc. c. 6.

Psalm. 18.

Psalm. 45. 2. 4.

Psalm. 44.

In eodem Psalm. 44. & S. Clementis Alex. sup. versu.

Ricard. lib. 2. de Con. temp. c. 10.

Prov. c. 57.



MENDA.

**F**ol. 15. lin. 15. *posituri*, leg. *posturi*. fol. 16. lin. 10. *sicentes*, leg. *stientes*. Ibid. lin. 50. *hieroglyphum*, leg. *hieroglyphicum*. fol. 30. col. 1. leg. 33. *matre*, leg. *mater*. fol. 69. lin. 49. *arena*, leg. *arena vice*. Ibid. lin. 58. *illustratris*, leg. *illustrati*. fol. 82. col. 2. lin. 19. *Cofum*, leg. *Quorsum*. fol. 230. col. 2. lin. 22. *penitudinem*, leg. *penitudinem nec habere*. fol. 356. lin. 20. *Reges*, leg. *Rages*. fol. 409. lin. 55. *furtum* aut *furtum*, leg. *fugam aut furtum*. fol. 470. lin. 34. *habens*, leg. *habente*. fol. 511. col. 4. lin. 46. *invidia*, leg. *invidia*. fol. 515. col. 1. lin. 25. *leg. non*. fol. 535. lin. 31. *Epig*, leg. *Elog*. fol. 620. col. 2. lin. 2. *Polei*, leg. *Pelei*. fol. 671. col. 2. lin. 57. *cui in*, leg. *cui ut in*. fol. 682. col. 1. lin. 10. *impolitem*, leg. *impostorem*. fol. 692. col. 1. lin. 36. *mafcieci*, leg. *marcescit*.

Hoc opus, demptis his mendis, suo exemplari respondet. Matrivi die 6. Iulij, ann. 1743.

Lic. D. Emmanuel Licardus de Ribera,  
Corrector generalis à S. R. M.

SUMA DE LA TASSA.

**T** Assaron los Señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los de este Libro, que son ciento y sesenta y tres y medio, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificacion de Don Miguel Fernandez Manilla, Secretario del Rey nuestro Señor, y su Escrivano de Camara mas antiguo. En Madrid à 8. de Julio de 1743.

APPARATUS TAUTOLOGIARUM.  
TOMI OCTAVI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Sapient. 11. v. 2. *Ierifererunt per desertam, qua non habitabantur.*  
*Desertam terram inhabitabilem.* Ierem. 6. 8.  
*Urbes Iuda ecce deserta sunt hodie, & non est in eis habitator.* Ibid. 44. 2.  
*Terra inhabitabilis & deserta, in qua nullus habitet.* &c. Ibid. 51. 43.  
*In desertum solitudinis.* Ibid. 12. 10.  
*Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Psalm. 68. 26. & Act. 1. 20.  
*Terra Aegypti in desertum & in solitudinem.* Ezech. 29. 9.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Ecclesi. 5. v. 3. *Deus enim vindicans vindicabit.*  
*Vindicta ulcisceris.* Ezechiel. 24. 2.  
*Ulciscar ultionem tuam.* Ierem. 51. 36.  
*Servans servabit.* Ecclesi. 28. 1.  
*Reddens retribuet.* Ierem. 51. 56.  
*Redde retributionem eorum ipsi.* Psalm. 27. 4.  
*Beatus, qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis.* Psalm. 336. 8.  
*Vindicate vindictam.* 1. Mach. 2. 67. & 9. 42.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Isai. 16. 14. *Relinquetur parvus & modicus, nequaquam multus.*  
*Viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt.* 1. Machab. 9. 6.  
*Excelsi gigantes.* Iudith. 16. 8.  
*Ibi fuerunt gigantes statura magna.* Baruch. 3. 26.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Isai. 36. v. 15. *Eruens liberabit nos.*  
*Eruens liberabo te.* Ierem. 39. 18.  
*Libera me & eripe me.* Psalm. 70. 2. & 143. 7.  
*Eripe me & erue me.* Ibid. v. 11.  
*Eripe me & salva me.* Psalm. 48. 3.  
*Eripuit, & eruit.* 2. Cor. 1. 10.  
*Non sumus ancilla filij, sed liberae, quia libertate Christus nos liberavit.* Galat. 4. 31.  
*Creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei.* Rom. 8. 21.  
*Ut saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum.* Act. 5. 15.  
*Abcondit me in abscondito tabernaculi sui.* Psalm. 26. 5. & 30. 21.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Isai. 42. v. 17. *Confundantur confusione.*  
*Erubescant & reverentur.* Psalm. 34. 26.  
*Confunderis & erubescis.* Ierem. 21. 22.  
*Adoratores adorabunt.* Ioann. 4. 23.  
*Unguento ungebat.* Luc. 7. 38. 46.  
*Unxit Dominum unguento.* Ioann. 11. 2. Idem Iudith. 16. 10.  
*Neque unguento unctus.* Daniel. 10. 3.  
*Ubi litura, quam liniisti.* Ezech. 13. 12.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Ierem. 9. v. 4. *Omnis frater supplantans supra plantabit.*  
*Fratribus pacem bonam.* 2. Mach. 1. 11.  
*Populi terre calumniabantur calumniam.* Ezech. 22. 29.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Ierem. 20. v. 14. *Maledicta dies, in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea.*  
*Quando nata es, in die ortus tui.* Ezech. 16. 44.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Ierem. 23. v. 2. *Hec dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt.*  
*Suscitabo super eos pastores, & pascent eos.* Ibid. v. 4.  
*Greges à pastoribus pascentur.* Ezech. 34. 2.  
*Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae.* Ioann. 10. 12.  
*Rapiebant violenter.* Ezech. 22. 29.  
*Fur est, & latro.* Ioann. 10. 1.  
*Fures sunt & latrones.* Ibid. v. 8.  
*Non à furibus neque à latronibus se liberantur.*  
*Dij lignei & lapidei.* Baruch. 6. 56.  
*Fur ingressus est spoliatis, & latrunculus foris.* Osee. 7. 1.  
*Fures furantur.* Matth. 6. 19.  
*Posuit custodes, ut custodirent.* 1. Mach. 12. 34.  
*Custodes ante ostium custodiebant.* Act. 12. 6.

TAUTOLOGIA NONA.

Daniel. 7. v. 14. *Potestas eius potestas aeterna, quae non auferetur.*  
*In perpetuas aeternitates.* Ibid. 12. 3.  
*Regnabit in domo Iacob in aeternum, & regnum eius non erit finis.* Luc. 1. 33.  
*Suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & ipsum stabit in aeternum.* Daniel. 2. à 44.

Regnum



# Apparatus Tautologiarum.

Regnum eius regnum sempiternum, & potestas eius in generationem & generationem. Ibid. cap. 3. 110.

Potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem. Ibid. cap. 4. 31.

Clarifica me tu Pater apud te metipsum claritate, &c. Ioann. 17. 5.

## TAUTOLOGIA DECIMA.

Marc. 13. v. 20. Propter electos, quos elegit.

Elegi te & non abiici te. Iai. 41. 9.

Sortitus est sortem ministerij huius. Actor. 13. 17.

## TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Ioann. 3. v. 29. Qui habet sponsam, sponsus est.

## TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Ioann. 4. v. 23. Venit hora, & nunc est. Idem, cap. 5. 25.

Ecce venit hora & iam venit. Ibid. 16. 32. & 17. Epist. 4. 3.

Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Deuter. 32. 35.

Prope est, ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Iai. 14. 1.

Venit contritio, venit tempus, prope est dies occisionis. Ezech. 7. 7.

# PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI OCTAVI.

## TAUTOLOGIA PRIMA.

*Iter fecerunt per deserta, que non habitabantur.* Fol. 1.

### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Iter fecerunt per deserta, que non habitabantur.*

Solitudo indicatur Virginis Maris in huiusmodi desertis, filio orba, & utique ad animam ex vulnere molle diciturque desertum inhabitatum, ut eius in solitudine claretur dirum cordolium: igitur ut penitus esset in solitudine sola; vel comitibus multis, sine deserto deserta.

2. *Per deserta inhabitata, horroris plena* qualibet mater fugit aspiciendo filij passionem, ut coram fugiat cruciamen. Huiusmodi theatrum tæpe amantibus desertum: Virgoque Mater habitavit, quo nulla habitare voluit, quoniam etiam scena plena horroris, fiet immobilis iuxta patibulum crucis.

3. *Per deserta, que non habitabantur.* Homo miser! At inde felix. Videnda itaque in eius singularissimam gloriam, que Deus Verbi incarnatione posturus prodigia super terram: siquidem terra humana, que deserta, iam à Numine habitata.

4. *Per deserta, que non habitabantur.* Morte corpus ab anima inchoitance deseritur, & amplius non habitatur. Præviuegium insigne elucet Virginis Matris in huiusmodi desertis: etenim corpus contumpe desertum morte in sepulchro; ut anima & corpore habitaret in cælo.

5. *Per deserta, que non habitabantur.* Ut quid Desertum inhabitatum, si sufficiebat Desertum? Vocatio Monachorum obijcitur fuga sæculi, huiusmodi Deserti geminatione: quandoquidem perfecta in memoria oblivio inaudis; si deserta relinquuntur, ut habitentur deserta.

6. *Per deserta, que non habitabantur.* Desertum dicitur sepultura, quippequam nisi à mortuis inhabitata hæcque via designatur in patriam pergentibus admirabilis, cum terra sit oblivionis; quoniam insigne miraculum, quod in oblivionis terra sit memoria defunctorum.

## TAUTOLOGIA SECUNDA.

*Deus enim vindicans vindicabit.* Fol. 58.

### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Deus enim vindicans vindicabit.* Salvator utique vindex vindicabit petulantiam. Mors ingressa per crimen, intulit gravem offensam: petulantiamque crimen indicit, quoniam in omnes homines pertransit; quasi non esset in humana specie, qui illam posset superare. Deiecta est atque mortis insolentia in devicta humana forma: siquidem vindex Salvator ipse in morte vicit mortem, ubi in sepulchro se iudicavit victicem.

2. *Deus vindicans vindicabit.* Quia citò non profertur. Tom. VIII. Taut.

### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In Virgine defectus maternitatis solitudo solitudinis.* Fol. 23.

DIDASC. 2. *Virgo-Mater iuxta stipitem Crucis, filij clarum speculum passionis.* Fol. 29.

DIDASC. 3. *Ex Verbo Divino in carne; tota fœlicitas homini.* Fol. 34.

DIDASC. 4. *Virgo-Mater in calum assumpta, in actibus speciosa.* Fol. 40.

DIDASC. 5. *Monachorum clausura, animarum custodia.* Fol. 47.

DIDASC. 6. *Quam aptè sepultura dicatur terra oblivionis!* Fol. 52.

### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Trophæum Salvatoris mirabile, vita immortalis ex morte.* Fol. 70.

DIDASC. 2. *Deus non irridetur.* Fol. 81.



## Paratitla Didascaliarum.

fur sententia, filij hominum perpetrare mala: eorum Deus recordabitur, de quo pravus obliviscitur: & quod pro tempore indulgit, vindicans dirisimè vindicabit; quippe crimina præternisit propter cordis penitentiam, non propter impunitatem.

3. *Vindicans vindicabit*: id est, iniuriam factam. Qui parit (potius, qui gratijs rependit) habet vindictæ nobiliorem formam: quidem quum iniuria sine ultione præmittitur, ultione acriore in cruciatu vindicatur.

4. *Deus vindicans vindicabit*. Deus? Utiq; At quorsum fulmen geminat ultionis? Quæ hominis, iniuria Numinis, Numinis, quando? Iniuria ex serpente dolo minime directæ Deo. Nescivit draco quantus amor Dei in hominem, quem vel lapsum nimis diligit: iniuriamque homini factam, Deus vindicans vindicabit; etenim Numinis amantis urens offensio, quippequam ex serpentis insidij offensio homo.

5. *Vindicans vindicabit*. Ita qui iniurias placido corde contulit, sed in ultionem occasionem invenit. Hocine servilis animi, projectique latens virus. Aliter in dignitate præclarum nobile pectus; quod quidem vel dignum vindictæ transit, nec dignitatem dedecore polluit: igitur in audaces non exercet potestatem, ultionis quantumvis invenit occasionem.

6. *Vindicans vindicabit*. Basilius peccatorem à diabolo, quo utebatur ut mancipio; iniuriæ factæ, quasi non esset vindictæ: Basiliusque ut retribueret iniuriæ retributionem, quam invexerat per crimen, chirographum (in quo per demonem peccatoris iniuria) mirabiliter extorsit, ac potenter à Satana: servumque ab iniuria vindicavit, quem demon callide vicit.

### TAUOLOGIA TERTIA.

*Relinquetur parvus & modicus, nequaquam multus.* Fol. 119.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Quo intuitu geminat diminutione sententia, quasi multa possint esse exigua & magna? Quæ magna in mundo videntur; eò quod mundi, ad nihilum rediguntur. Aliter accidit in pauperes elemosyna largita, quam inter bona amplissima sæcularia: & quia sunt ex inopibus æterna; & quia fructus multus, qui tribuit egenti pauper & modicus.

2. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Sanè non multus, si modicè parvus: regeritque Scripura imbecillitatis mysteriosam periodum; propter certamen atque victoriam Innocentium infantium: equidem uti gigantes mira floruerunt virtute, cum essent parvuli ætate.

3. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Ut quid exprimitur, quod nulla inest magnitudo, ubi iam supponitur minor parvo? In excellentiam gloriæ Sæpaphici Francisci, præ summa, mira, singulari humi-

DIDASC. 3. *In inimicos gratia, iniuria nobilitate, sine vindicta.* Fol. 90.

DIDASC. 4. *Tota felicitas hominis ex infesta gloria crucis.* Fol. 96.

DIDASC. 5. *Inustus rerum astimator, pectoris dolor.* Fol. 105.

DIDASC. 6. *Magni Basilius admirabilis sanctitas, & sanctitatis potestas.* Fol. 111.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Neesse est ut faciat sumptum, quæ querit luctum.* Fol. 142.

DIDASC. 2. *SS. Innocentium martyrum sanguis scientiam habet vocis.* Fol. 147.

DIDASC. 3. *Franciscus vel cognomine Minor, præ minoritate maior.* Fol. 151.

## Paratitla Didascaliarum.

litate: etenim vel in terra Minor, multus; cum gigas diceretur modicè parvus.

4. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Nescit homo quanti momenti, atque lucri, ex voluntaria fractifera paupertate; quod quidem impulit in nuditatem Franciscum, ut mundum avarum doceret quæstum: unde qui parvus, quia modicus, dicitur multus; quippequam opibus abundabat, haud alia causa, nisi quia nihil habebat.

5. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Huic alia opponitur Tautologia, nimirum: *Gigantes statura magna*. Utraque aridet in certamine hæreticorum pravitatis præsumptioni, & Hieronymi pro veritate virtuti: igitur qui videbatur illis parvus & modicus, nequaquam multus; gigas apparuit staturæ magnus.

6. *Parvus & modicus, nequaquam multus*. Quo scopo, *Nequaquam multus*, si modicus, imò parvus? In respicientiam ex honore in honore despicientium, regeritur sanè argumentum suppositum: siquidem in dignitate, ex dignitate superiore non multus; qui dotibus congruis atque meritis parvus. Parvus utique in dignitate non plus, ni plus ex se sine dignitate.

### TAUTOLOGIA QUARTA.

*Ervens liberabit nos Dominus.* Fol. 180.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Ervens liberabit nos*. Nostra per Christum in summam felicitatem fovebatur spes. Felicitas à gratia: summa, à gloria. Felicitas per gratiam, animæ: per gloriam, corpori. Illud in Resurrectione: hoc in Ascensione Christi, qua quidem ut esset homini felicitas summa; vivificavit in cælum mortalia corpora nostra.

2. *Ervens liberavit hominem*: quoad animæ servitutem, liberaverat; sed corpus à servitute libertate non eruerat. Ab illo totus homo liberandus, dum gloriæ donaret corpus: gloriæque corporis signat in Thabore specimen; quippe etiam corpus per gloriam obtinebit libertatem.

3. *Ervens liberabit nos*. Vates expressit qua libertate Christus nos liberavit. Homo per Salvatoris crucem adepturus libertatem: priùsque instituitur Eucharistia, ut gratiam libertatis discipulorum præveniret gratia: etenim si libertas plena intenditur, in Sacramento illis copiosè datur, & uti pignus amoris; eò quod illis traditus traderetur pro illis.

4. *Ervens liberabit*. Estne differentia? & magna, dum ad insidias Veneris pro libertate non capitur fuga. Fallax est, fragile cor, quod maeret in servitute, quum sibi videtur erui: quandoquidem non habebit libertatem, ni frigerit occasionem.

5. *Ervens liberabit*. Alij à peccato, gratiæ subsequente, liberantur; verum præveniente, non eruantur: Virgo Mater in libertatem eruitur, ut prodigium Conceptionis præsignetur: etenim maius inter prodigia quod ex infecta radice, primo instanti Conceptionis, existeret sine macula.

6. *Ervens liberabit*. Sæpe homo fragilitati cædit; sed modum libertatis gratia supernè disponit: igitur Numen

DIDASC. 4. *Francisci dives paupertas.* Fol. 157.

DIDASC. 5. *S. Doctor Hieronymus virtutum decus.* Fol. 163.

DIDASC. 6. *Dignitatis insignia non sunt merita.* Fol. 172.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Per Christi in Emyreum Ascensionem, homo nactus plenissimam libertatem.* Fol. 199.

DIDASC. 2. *Gloria Transfigurationis, specum gloriæ carnis.* Fol. 205.

DIDASC. 3. *Innotescit per dona, peccatoris amantis flamma.* Fol. 209.

DIDASC. 4. *Haud anima vigil consulit saluti, qui non remouetur ab occasione peccati.* Fol. 216.

DIDASC. 5. *Opus singulare Numinis, Conceptio Virginis-Matris.* Fol. 223.

DIDASC. 6. *An Petri, vel Magdalene pretiosiores lacrymæ?* Fol. 230.



## Paratitla Didascaliarum.

uti clemens, quos non eruit, ne cœspitent in cul-  
pam; liberat, quamvis iaceant, per penitentiam.

### TAUTOLOGIA QUINTA.

*Confundantur confusione.* Fol. 237.

#### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Confundantur confusione.* Confusio ex pena peccati ex crimine. Ars amoris Christi est, ut peccatores eius obsequijs convertantur ad corripitur ut illi confundantur crimine; haud est confusus in pena peccati.
2. *Confundantur confusione.* Ubi ambitionis perniciosus amor, haudquaquam in fronte pudor. Sæpè ex honore volatili ludo fortune & phantasia, confunduntur ab expectatione: cæterum confusione non sunt confusi; quippequam ubi à votis magis deviant, avidius fatue dignitatibus aspirant.
3. *Confundantur confusione.* Nūquam visa in furrionū facie. Etenim iactabundi feliciter habent pro gloria, quod à cūctis repellitur uti probrosa ignominia.
4. *Confundantur confusione.* Hypocritæ confusione non confusi. Erubescere nescierunt, vel dum in strophis comprehenduntur: equidem virtutis apparentis ostentant vanitatem, & illusi & illudentes pretiosissimam virtutem.
5. *Confundantur confusione.* Virtute Martyrum tyranni confusione confusi, vici à viciis: quorum tanta virtus in tormentis, pro gloria Christi; ut minimè confundantur confusione.
6. *Confundantur confusione.* Ingratitudo, quæ confusio rationalium, est amoris lenocinium. Effulsit in pectore Salvatoris flagrantis amore; in invento ad redamationem, hominum lapideo pectore: quandoquidem & illi non confusi confusione iniquitatis; nec Christus confusus confusione ingratitude.

### TAUTOLOGIA SEXTA.

*Omnis frater supplantans supplantabit.* Fol. 296.

#### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Supplantans supplantabit.* Quis? Mundus describitur, qui nonnumquam infidiator; & tanta calliditate, quod supplantet etiam fide. Permanet circumventio quousque doli sit cognitio. Quousque vastitatem ostendat: meditanterq̄ dicitur, *Supplantatione supplantat*; quippe si mundus à despiciente cognoscitur, ipsa supplantatione in ludibrium supplantatur.
2. *Supplantans supplantabit:* id est, astu decipiet extrudat supplantatione; ut virtus eluceat etiam in latente veritate: supplantationemque in supplantatione Prophe-  
ta designat; quippequam mendacium veritas absque ulla supplantatione supplantat.
3. *Supplantans supplantabit:* diabolus humanum fragile genus; ita ut Numen uti amicum non videret, quia crimen nubem opposuisset ille supplantans sine supplantatione supplantatus, quando ingenio charitatis Filius Dei amanter usus: cuius dilectio in hominem ita pectoris valide excitavit flammam; ut vel absentis demonstraret in dilectionem præsentiam.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Christi flagella, in conversionem animarum vulnera.* Fol. 261.

DIDASC. 2. *Ambitioni grave telum, semper vivere in futurum.* Fol. 266.

DIDASC. 3. *Pestes Republica detractores rumigeruli.* Fol. 272.

DIDASC. 4. *Si hypocrite compefcuntur, in deteriora inolescunt.* Fol. 278.

DIDASC. 5. *Mors Martyrum non tam magno animo initur, quam repetitur.* Fol. 284.

DIDASC. 6. *Probatio dilectionis exhibitio est operis.* Fol. 289.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Qui mundo crucifisci, crucifiguntur à mundo.* Fol. 313.

DIDASC. 2. *Veritas numquam latet, semperque vincit.* Fol. 319.

DIDASC. 3. *Salvatoris delictum, esse & adesse semper cum filijs hominum.* Fol. 325.

## Paratitla Didascaliarum.

4. *Supplantans supplantabit:* tyrannus vaser fideles, ut cedant vanis delicijs. Laurentius propter pectoris invicibilem virtutem, supplantavit tyrannum supplantatorem: etenim tot petium illecebrarum atque terroris infidijs, flectere numquam valuit, nec delicijs nec tormentis.

5. *Supplantans supplantabit.* Notatur cordis perfidia, ubi ad speciem simulatur concordia: liquidem maior in perniciem sensibilibus supplantatio sub amicitia speciosissimo titulo.

6. *Supplantans supplantabit.* An dolus sine umbra supplantationis? Infidix notatur Veneris; quæ lætans fallit, atque delicijs seducit: igitur sub risu deceptus invenit fraudem; ubi numquam qui seductus cogitat supplantationem.

### TAUTOLOGIA SEPTIMA.

*Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.* Fol. 347.

#### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Dies, in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* O infelix ex felicitate Synagoga! Geminam in vitam gratia lucem splendendam accepisti. Primam, fulminata lege: posteriorem, tibi oriente Salvatores: sed tibi non ortus sed interitus lucis, in nativitate Solis: equidem Gentilitas ortum in lucem habuit; dum lux vitæ tibi in ipsa nativitate deficit.

2. *Dies, in qua natus, &c.* Ortus præfigitur in luce nativitatis, ut cum virtute fulgeat doctrina Prædicatoris; sine qua, quantumvis splendor sit, lux nequaquam nata est: etenim dum nascitur, moritur; & simul extinguitur, dum accenditur.

3. *Dies, in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Duplex hominis in miseram naturæ conditionem ortus exprimitur; ut felicitas ex duplici nativitate Dei-Hominis ostendatur. Alia luminibus abscondita, alia visa: equidem ex Patre ante sæcula genitus, & simul ex Matre in sæculo natus: sed misero haudquaquam venit felicitas homini, quousque in sæculo postus, natus ex Matre.

4. *Dies, in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Etenim discrimen inter diem nativitatis, & fœtus parturitionis: Nullum, dum homo nascitur; sed summum, quum Virgo Genitrix oritur. Nullum in naturæ germine: summum, in Conditoris Genitrice: dieque signatur ortus & partus diversus, cum esset unus; eod quod Filij connotatione designetur Virgo ad imaginem imago: etenim iam gaudebat Genitricis honore, antequam oriens nasceretur ex Matre.

### TAUTOLOGIA OCTAVA.

*Hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores, qui pascunt.* Fol. 383.

#### AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Ad pastores, qui pascunt.* Cognoscuntur enim per ministerium, maxime in Ecclesiastica disciplina; ut religionis sit forma: etenim si passus in religione, quæ fota honoribus virtus; persecutione virtutis, in pastore pastoris nequaquam passus.

DIDASC. 4. *Virtus inelyti Laurentij singularis in certamine.* Fol. 330.

DIDASC. 5. *Maiores perfdi dolus, dum amice aperit pectus.* Fol. 336.

DIDASC. 6. *Veneris delicta, illecebra.* Fol. 341.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Gentilitas gratia in vitam suscitata, unde mortua Synagoga.* F. 366.

DIDASC. 2. *Prædicationis forma est Prædicatoris vita.* Fol. 373.

DIDASC. 3. *Nativitas Salvatoris specimen insigne humana felicitatis.* Fol. 378.

DIDASC. 4. *Gaudium gloriosum Orbis nativitas Virginis-Matris.* Fol. 383.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.  
DIDASC. 1. *Vita verè Monachorum longum martyrium.* Fol. 420.



## Paratitla Didascaliarum.

2. *Ad pastores, qui pascunt.* Sæpè velamine ferventis zeli, præcipites lapsus lingua: hæcque dicuntur *ad pastores, qui pascunt*, ut pascant; atque colore passus minime pungant: equidem passus, atque cibus rationali non sunt vepres & spinæ.
3. *Ad pastores, qui pascunt:* non enim pascunt, qui ad passum malignitate præbent pro cibo venenum; cum pastorum verè pascua, cordis fulgeat innocentia.
4. *Ad pastores, qui pascunt:* id est, *qui pascere debent.* Appositè: etenim ni pascant, uti debent; minime pascunt.
5. *Ad pastores, qui pascunt:* nempe, ad pastores, qui non pascunt. Quippini pascunt? Pascuntur. Patet stulto pastore, opus prædicationis inutile: equidem cum pascere gregem debeant; qui passi, passu ieiunant: quoniam passus verbi Dei in nutritionem gregum; totus ventus & ventus in vanitatem pastorum.
6. *Ad pastores, qui pascunt.* Quidni, Qui corrigunt? Dum greges errant, corrigant profectò, ut pascant: non enim pascuntur oves, ni corrigantur errantes.

DIDASC. 2. *Mala Iudicum causa, si in illa libera lingua.* Fol. 428.

DIDASC. 3. *Iudex malevolus demon larvatus.* Fol. 433.

DIDASC. 4. *A recta distributione dignitatum, dependet honor honorum.* Fol. 438.

DIDASC. 5. *Interdum defectus audientium, ex defectu prædicantium.* Fol. 446.

DIDASC. 6. *Morum correctio indiget iudicio.* Fol. 455.

### TAUTOLOGIA NONA.

*Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur.* Fol. 462.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Potestas aeterna, que non auferetur,* &c. Quid hoc? Valeret, quid perire & simul æternum esse? Valet in entitate elemosynæ: equidem sicine opes evanescent in mundo; & quia pereunt, æternè manent in cælo.
2. *Potestas eius, potestas aeterna, qua non auferetur.* Æternè quid auferri? Patuit in primi hominis, cunctorum Superioris, potestate: æternam etenim amittit potestatis dignitatem; quia Superior esse percipivit extra legem.
3. *Potestas eius potestas aeterna;* quoniam Numinis in aequitate consilia: inter homines verò potestas defectibilis, quippe in usum plena dolis.
4. *Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur.* Iustè profectò operatur. Aufertur ab iniustis, qui in potestatem ducuntur potestate furoris: igitur haud timent socijs in ferre ex potestate mala; quasi potestas illorum esset potestas aeterna.
5. *Potestas eius potestas aeterna:* id est, minime fluxa. Invenitur (ne deficiat) experientia ad potestatem regiminis, quantum valeat: equidem potestas quantumvis magna; erit furor & error absque experientia.
6. *Potestas eius potestas aeterna, qua non auferetur:* & regnum eius quod non corrumpetur. Corruptio regni semper ex corruptione potestatis; quæ tendit in vitia auctorata potentia, ex introductione sceleris velamine maiestatis: regni que simul exponitur venerabilis auctoritas, & non corrupta, sed æterna potestas; quoniam regnum cum potestate corrumpitur, quando vitia uti virtutes potestate simulantur.

#### DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Quodnam & quomodo ingenium charitatis in gratiam inopis?* Fol. 490.

DIDASC. 2. *Caret honore, qui honoris abutitur potestate.* Fol. 496.

DIDASC. 3. *Quanam molimina Præsidis, in ampliore libertatem dominationis?* Fol. 501.

DIDASC. 4. *Potentia impunis, effrenis.* Fol. 507.

DIDASC. 5. *In iuvenibus imperium frequenter ad præcipitium.* Fol. 513.

DIDASC. 6. *Quanta potentium embolia, ut deaurentur astu commissa crimina.* Fol. 520.

## Paratitla Didascaliarum.

### TAUTOLOGIA DECIMA.

*Propter electos, quos elegit.* Fol. 527.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Propter electos, quos elegit.* Unus in Stephano electus exponitur, & electa multitudo conspicitur. *Propter electos:* Aptè Protomartyris sacro cruore: textusque demonstrat multorum triumphum; quia sanguis eius ut semen aliorum martyrum.
2. *Propter electos, quos elegit.* Multoties Deus eligit, & in dignitate electi non sunt electi; quippe ex dignitate prævi, abusu dignitatis, & dedecore electionis: igitur in electione pravitas & non electio; ubi nulla legis, nec rationis moderatio.
3. *Propter electos, quos elegit.* Inflat maxima in Ecclesiam persecutio; & exponitur Dei in electionem certatorum electio. Sine electione profectò non possunt eligi: electio que geminatur vel supposita electione; quoniam per martyrum victoriam, atque virtutis constantiam, promitt certamen electionem aliorum fuisse divinam.
4. *Propter electos, quos elegit.* Duplicatur in huiusmodi favore forma divina electionis, propter insignem prærogativam Virginis-Matris, in genus humanum prone; ut illud restituat pristinae felicitati: iureque homines noscant electionem geminam; quippe per Virginem à Numine electi tam ad gratiam, quam ad gloriam.

#### DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Protomartyr Stephanus electus & militans.* Fol. 554.

DIDASC. 2. *Non recti regiminis tenor, sed pudor; ubi non ratio principatur, sed recror.* Fol. 560.

DIDASC. 3. *Pugna SS. Martyrum semper in triumphum.* Fol. 566.

DIDASC. 4. *Maria semper est Maria.* Fol. 574.

### TAUTOLOGIA UNDECIMA.

*Qui habet sponsam, sponsus est.* Fol. 581.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. In nuptias, qui habet sponsam, sponsus est, sed non erit. In lege gratia excellentior virtus fulget, callitate ipso in coniugio servata à Sponso & simul Sponsa; quasi matrimonio, non contractio utriusque iugo: equidem si Sponsa ducitur in uxorem per Sacramenti gratiam; gratia maioris decor, ubi uxor ducta ducitur in Sponsam.
2. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Post prolem suceptam ex coniugio numquam fit. Invenitur in prodigium novum, Iosephi, atque Virginis coniugium: in illo gloriose gratia insignis elucet stemmata: etenim mirabilis, uti singularissima; quod cum prole ex fecunditate tellera, fiat Sponsus & Sponsa.
3. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Vivitur iuxta Sponsi flagrans dilectione cor; igitur ci penitus voluntas Sponsæ addita. In Gertrude eximior, superior gratia: equidem propter amoris & studium & obsequium; etiam in corde habet præsentem Sponsum.
4. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Quippini, *Qui habet Sponsam,* & excellenti gratia; dicitur, *quod sit Sponsa?* Quia nescit, cordis etiam fovens incendium; an sponsa habeat sponsum; quo quidem crescit amor, dum ab amante, tamquam amor non cognoscitur. Sic gliscit in Sponsium pectoris flamma. Hocine cordis ingenio arctius dilexit Theresia: equidem ita dilexit, & diligebat diligere; ut amans intensus, vel dubitaret de amore;

#### DIDASCALLARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Insignis gratia sublimitas in matrimonio virginis castitas.* Fol. 620.

DIDASC. 2. *Numinis inter mira singularè portentum, Iosephi atque Virginis coniugium.* Fol. 626.

DIDASC. 3. *Gertrudis dum diligit & diligitur, & trahit & trahitur.* Fol. 631.

DIDASC. 4. *Theresia, ut intensus amans, ignorat in amore, quod cognoscit.* Fol. 637.



TAUTOLOGIA DUODECIMA.

Venit hora, & nunc est. Fol. 644.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. Venit hora, & nunc est. Virtus in caelis ad plausum glorificatur, atque corona iuxta merita conceditur: ceterum necdum omnibus expressa, quippequam non venit hora. Ioanni meritis hora venit, & nunc est: etenim nunc uti summè mirabiles, exponuntur fidelibus canonizate virtutes.
2. Venit hora, & nunc est, qua Ioannis gemina resurgat crux; dum exultat in dolore, doletque simul in felicitate: igitur eum de virtute in virtutem iret, ut ulterius fauste ascenderet; in maiorem virtutis elevationem, superimpofuit cruci grandiore cruce.
3. Venit hora, & nunc est. Formula animi tyranni & superbi; dignitatis insolenti potestate. Explicatur arrogantiae electione nudum cor; quia venit hora, & nunc est: igitur post fortunam electionis; tota stolidi insolentia in abusum potestatis.
4. Venit hora, & nunc est. Veniet hora, & nunc est. Venit, quod veniet? Implicationem sonat. Non est, ut tempestive poenitentia fiat: etenim si hora mortis expectatur & tunc fletur; ut compungatur cor, hora venit, & nunc est: hora nunc, quippe ad deploranda poenitudine crimina, priusquam advenerit hora.
5. Venit hora, & nunc est. Per effectum Augusti Sacramenti, videtur in carnisprivio, horam venisse, & nunc esse. Illi, quem illecebris mandus seduxit; quasi hora non advenisset. Cui amoris adhæret vis, hora venit & nunc est: igitur inter mundi delicias, præsentia Sacrae Eucharistia ne titillent affectum, evanescent illecebra.
6. Venit hora, & nunc est. Nunc mortis felicia tempora; ne sit sensibilis, cum venerit hora. Antequam veniat debet venire cogitationi, ne ægrè feratur venire: etenim inimica cogitata; si nunc, quæ ventura, venit, recipitur uti amica.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Quam mirifice excellentia virtutum Ioannis à Cruce! Fol. 660.

DIDASC. 2. Mirabilis gratia S. Ioannis à Cruce in cruce gratia. Fol. 665.

DIDASC. 3. Intolerabilis persecutio potestatis iure furoris. Fol. 670.

DIDASC. 4. Dilationem operis qui amat; in opere cessat. Fol. 676.

DIDASC. 5. Eucharistia Sacramentum secularium oblivio deliciarum. Fol. 681.

DIDASC. 6. Nec ulla res homini magis proderit, quam cogitatio mortalitatis. Fol. 687.



TAUTOLOGIA PRIMA.

ITER FECERUNT PER DESERTA, qua non habitabantur. Sapient. cap. 11. vers. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.



ANDEM tandem in metam venimus: utinam ut perveniamus, & pro conatu desiderij exultantibus, Deus summè honorificetur in nobis. Dat gloria vires, sed vera gloria: quam quidem avidè sinus fovebit pectoris, si fuerit Numinis. In præfenti Tautologia eius indicantur portenta & mirabilia, educentis populum de terra Ægypti, ducentis in interiora deserti, & conducentis in telluris felicitatem promissa. *Bauxit illos faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.* Act. 7. 36. Comprehendit Alcim. *Avitus libr. 5. à vers. 442. incipiens à columna nu-*

Mirabilia à Des facta cū Hæbreis per ann. 40

bis & ignis, de qua post

*Matavit natura vires: substantia discors  
Muneribus proprijs concordem reddidit usum.  
Si mansit mansere viri; si mota, secuti;  
Si multus etiam visa pendere diebus,  
Subdita desixo tardabant agmina vallo.  
Ista quater deno: miracula visa per annos,  
Tempore quo vastâ Hebrai versantur eremo:  
Vestibus integris, nullaque in parte minutis  
Tunc nulli longo currendi prorsus ab usu  
Deseritis soleis, præsci servantur amicius.  
Sic longa fuit, sed non damnosa vetustas,  
Dum sacrum populo victum, candentia Manna  
Fervent, & caeli frugem terrena viderent.  
Protulit irriguis populis sitientibus haustus.*

Alcim. Avic.

Refertur Deuter. 8. à vers. 2. Addit hic Abulensis, velles cum pueris crevisse, ita ut per ætatem semper corporibus aptarentur. Serarius in *Iosue*, quæst. 25. ex traditione Rabbiorum, inquit: *Tria Hebræos in Ægypto non variasse nomina scilicet, linguam & vestes.* Assentior, modò de habitus loquatur forma, nequaquam de habitus permanentia; quod quidem damtaxat factum in via, ut dicitur à Moyse: *Vestimentum tuum non mutabitur.* *Tom. VIII. Laur.*

Serat. Quam quærit